

De oudste particuliere oorkonden van Werden (Ed. Blok) Nr. 21

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quomodo ego Marchardus et Rotbertus in dei nomine tradidimus partem hereditatis nostre in silua que nuncupatur Steinuuida pro remedio animarum nostrarum ad reliquias sancti saluatoris, quas Liudgerus uenerabilis abbas semper secum portare solet, et ipso seruo dei in manus tradidimus, ut quicquid exinde facere uoluerit, liberam et firmissimam habeat potestatem a nobis et ab omnibus parentibus nostris.

Acta est autem hec traditio publice in uico Flaueresheim, coram testibus quorum nomina subtus notantur, anno XXXII regni domni nostri Karoli regis. Signum Marchardi et Rotberti qui hanc traditionem fecerunt. Signum Rodingi. Liudungi. Wigberti. Folcrici. Euurhardi. Egbaldi.